



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

XCIV. Erzbischof Burchard von Magdeburg schlichtet einen Streit des
Abtes Johann von Lehnin mit dem Ritter Johann von Trebbin über
Zubehörungen von Stangenhagen, am 8. April 1305.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

in eandem parrochiam, videlicet bochowe, cum vniuersis redditibus et iuribus parrochialibus transferimus ac pariter addonamus. Nam super hoc dicti scilicet abbas et conuentus de lenin Illustris principis H. marchionis Brandenburgensis patroni ville, que maior crucewiz nuncupatur, consensum voluntarium impetrarunt. Ne igitur in hiis tam rite concessis alicui in posterum valeat dubietatis scrupulus suboriri, has litteras nostre recognitionis et publice protestationis sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum Brandeburch Anno domini M^o. CCC^o. V^o. ydus Octobris, Pontificatus nostri anno quarto.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.

Anm. Den Zweifel, welchen die Schreibart der Jahreszahl gestattet, ob das V^o. zu anno oder ydus gehöre, hebt die Angabe des vierten Jahres des Pontificatus, wornach die Urkunde, da Bischof Volkst die Stiftsregierung schon 1296 übernahm, in das Jahr 1300 gehört.

XCII. Markgraf Hermann schenkt dem Kloster Lehnin zu seinem Seelenheil Gebungen aus Bartoldstorf, im Jahre 1302.

In villa Bartoldistorp XIV frusta duri frumenti Hermannus Marchio dedit in remedium anime sue et progenitorum suorum A. 1302.

Altes Verzeichniß Lehniner Urkunden. — Gercken VII, 333.

XCIII. Johann und Friedrich, genannt die Burggrafen, verkaufen die Stachmühle bei Grabow dem Kloster Lehnin, im Jahre 1303.

Stichmolne prope Grabow Johannes et Fredericus dicti Burggrauui monasterio in Lenyn venderunt pro XLII marcis Brandenburgensis argenti et ponderis A. 1303.

Altes Verzeichniß Lehniner Urkunden. — Gercken VII, 331.

XCIV. Erzbischof Burchard von Magdeburg schlichtet einen Streit des Abtes Johann von Lehnin mit dem Ritter Johann von Trebbin über Zugehörungen von Stangenhagen, am 8. April 1305.

Nos borchardus, dei gracia sancte Magdeburgensis ecclesie Archiepiscopus omnibus, ad quos presens peruenerit, Salutem in vero salutari. Notum esse volumus presentibus et futuris, quod constituit coram nobis venerabilis dominus Johannes abbas de Lenin et Johannes miles dictus de Trebin, ministerialis nostre ecclesie, presentibus et suis amicis, domino aluerico de grabowe, decano sancti Nicolai in Magdeburg, Ottone milite de pouch, Johanne milite de vrekeleue et aliis quam pluribus pro quibusdam terminis agrorum et nemoris, quod Straz uocatur uille Stangenhagen adiacentibus contenderunt. Dictus vero abbas litteras ar-

noldi militis de Trebin pie recordacionis, nostre ecclesie ministerialis, qui terminos antedictos ecclesie Leninenfi uendiderat ad suam defensandam iusticiam in medium proferens nobis legendas tradidit et examinandas, modum infra scriptum continentes (No. XXXII). Has cum reperissemus integras, non cancellatas, non abollitas, immo sigillo vero et integro eiusdem Arnoldi de Trebin sigillatas, idem instrumentum cum sigillo vero supradicto Johanni militi de Trebin ad oculum demonstrauius presentibus et amicis suis idem attestantibus hoc verum sigillum existere Arnoldi de Trebin memorati. Ex hiis nimirum omnibus tam evidentibus indiciis nobis omnino videtur et assentimus, predictas distinctiones terminorum ecclesie Leninenfi, quemadmodum in instrumento prehabito Arnoldi de Trebin apertius expressum est, iuste et rite debere perpetuo pertinere. In cuius rei euidentiam presens scriptum nostri sigilli munimine fecimus roborari. Datum Louborch anno domini M^o. CCC^o. V^o. VI^o. idus aprilis.

Nach dem Original des Geh. Staats-Archives.

XCV. Markgraf Hermann überläßt dem Kloster Lehnin das Dorf Schmergow und den Hof Trebegow, am 20. April 1305.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen. Hermannus, Dei gracia Brandenburgensis et Lufatie marchio et dominus de Henneberch tutorque Slesie, omnibus Christianis in salutis auctore salutem. Humane memorie fragilitas utiliter scripture iuuatur testimonio, ne lapsu temporis et subita mutacione mortalium id quod nunc certum est fiat dubium, et quod rationabiliter gestum est, obliuionis nebula obscuretur. Hinc est quod constare uolumus omnibus tam presentibus quam futuris, quod dilectis in Cristo fratribus nostris de Lenyn uidelicet reuerendo patri domino Johanni abbati, dicto de Beliz, et conuentui ibidem iusta et libera bona nostra uidelicet villam Smergowe et curiam Trebegoz cum omnibus agris cultis et incultis, pratis, pascuis, lignis, siluis, rubis, nemoribus presentibus et futuris, aquis, piscacionibus, paludibus, molendinis tam in terris quam in aquarum decursibus positis et ponendis, iudiciis singulis et generaliter cum omnibus usufructibus et pertinentiis eorundem pro quingentis marcis minus viginti quinque Brandenburgensis argenti et ponderis vendidimus et dimisimus cum omni iure absque qualibet exactione et omni seruitio communi et priuato iusto proprietatis ac libertatis titulo perpetuo possidenda. Cupientes insuper prefate ecclesie Lenynensis futuris periculis precauere, terminorum distinctiones eorundem bonorum exprimere curauimus manifestius sub hac forma: Termini ville Smergow protenduntur a fossato versus Creyle vsque ad fossatum in vado, quod vocatur Vebene Vort, deinde usque in obolam: termini autem curie Trebegoz protenduntur usque in in obolam ubi versus Cothfin navigio pertransitur: termini uero aquarum ad eandem curiam pertinentium usque in obulam ueterem protenduntur, de hinc usque in aquas, que vocantur Trebowe, deinde usque in aquas, que Zachower water nominantur. Ceteri uero termini et ville Smergowe et curie Trebegoz, quoniam omnino predictae ecclesie Leninenfis possessionibus circumquaque continuari dinoscuntur, distinctionibus exprimere presentibus necessarium non uidetur. Reliqua uero istis adiacentia i. e. paludes et insule, arundineta, pascua quoque, que messioni aut sectioni non congruunt, tam ipsis quam aliis circumfidentibus ad quoslibet vsus necessarios, quemadmodum hactenus